



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvniwm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLI. De Peste.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

intelliguntur, Gail. 1. obs. 129. n. 6. & 8. Mynsing. 3. obs. 39. Borcholt. in tr. de feud. n. 35. Dyn. in c. 1. de R. l. Treutl. disp. 21. tb. 2. lit. b. vol. 2. vid. tamen distinctionem Menochii, quam probat & declarat Vultej. 1. Feud. 5. num. 4. pag. 77. Gothofred. Anton. disp. 3. feud. 3. ches. 4. lit. B.

CAP. XLI. De Peste.

Axioma I.

Peste laborantes ab urbe sunt expellendi, neque ad eorum receptionem tenentur, qui agrotos recipere obligatus est. Carpz. L. 10. Resp. 105. n. 11. & 2.

II.

Pestis tempore pastor Ecclesiae non debet deferre Ecclesiam: nam si fugit, suspectum se reddit, quod nullam fiduciam in Deum habeat, & sit mercenarius.

Limita: nisi pastor aliis etiam Ecclesiis praesit & Ecclesiam peste correpta aliis ministris sit instructa. Carpz. L. 1. Jurispr. Eccles. def. 72.

CAP. XLII. Petere, Petitio, petitorium.

Axioma I.

Petitio debiti non probat statim debitum, Innoc. in cap. super literis 20. de rescript. possunt enim peti multa, sed deberi & concedi pauca. Castr. in l. 1. n. 1. C. de divers. rescr. Wesf. 1. conf. 36. n. 4.

II.

Petens ex contractu rei suae alienatae, videtur eum approbasse, nec potest ad contractum rei reverti, l. 4. ubi gloss. C. de pact. inter emptor. Qui enim vult consequens, vult etiam antecedens, l. ad rem mobilem 56. l. ad legatum 62. ff. de procurat. Unde qui petit effectum contractus, petit causam, sine qua non constet effectio, Jason. in l. si causa n. 5. C. de transact. non modo cum effectu petendo & judicialiter, verum etiam extrajudicialiter verbali petitione, Salicet. in l. 4. n. 3. Cod. de pact. inter emptor. Wesenbec. 2. conf. 70. n. 10.

III.

Non debet quis ab alio expectare, petere & desiderare, quod ipse habere & aliis impertiri debet, text. & gl. ad l. 6. §. 9. ff. de edend.

IV.

Non opus est petitione, cum jus ipsum suppedit. l. un. C. de thesaur.

V.

Petere nemo debet id, quod redditurus est, l. in condemnatione 173. §. dolo 3. ff. de Reg. Jur.

VI.

Peti aut repeti ab eo nihil potest, qui suum recipit, l. de hereditate 5. C. de petit. heredit. Nihil enim dolo facit creditor, qui suum recipit, l. 167. §. 1. de Regulis juris.

VII.

Frustra petit is, qui petit quod habet, §. res aliena 6. Inst. de legat. Menoch. 4. remed. adipsi. poss. n. 179.

VIII.

Petens aliquid, causam petendi allegare debet, cap. pervenit 5. extr. de censibus.

De petitione Tutoris vid. TIT. TORIS
PETITIO.

IX.

Petitio illa habetur maligna, quae cum alterius sit incommodo sine proprio aliquo emolumento, Mev. Conf. 39. n. 58.

X.

De petitorio quando constat, frustra disceptatur de possessorio, cap. cum dilectus 6. & ibi gloss. fin. & Canonist. communiter de caus. poss. & propr. Siquidem liquidatio petitorii trahit ad se possessorium, illudque penitus absorbet, Bart. in l. 12. §. 1. n. 16. ff. de acquir. poss. Cyn. in l. incerti. n. 2. & 3. C. de interdict. Caepoll. conf. 39. n. 12. lib. 1. Menochius de recup. poss. remed. 15. num. 367. maxime quando notorie constat de causa petitorii. Paulus de Castr. in l. 2. C. de edit. D. Adr. toll. Covarruv. in epit. 4. lib. decret. p. 2. §. 5. n. 10. quia dignus est, Cypyz. decif. 77. n. 1. 2. Port. conf. 1. n. 64. Zaf. in d. l. 12. n. 30. ff. de acquir. poss. Jacob. Put. lib. 1. decif. 82. Hinc quando potiora jura ab altera parte deducta & probata, iudex super petitorio pronunciare debet. Cravett. conf. 248. n. 5. Mynsing. respons. 25. n. 7. Nat. conf. 289. n. 11. Knichen. de jure territor. cap. 5. num. 27. Et petitorium tractari videtur, ubi de privilegio agitur, Afflict. decif. 183. Chaffan. conf. 83. n. 4. vers. secus. Contard. ad l. unic. quae 13. quid sit petitorium. n. 76. Roland. à Valle conf. 6. n. 30. lib. 4. Gylman. tom. 2. p. 1. pot. 1. n. 38.

XI.

Petitoris remediis possessoria sunt salubriora, l. qui destinavit. 24. ff. de rei vindic. l. ordinarii 13. C. cod. l. incerti 3. C. de interdict. Vult. 2. Confil. Marp. 27. n. 196.

XII.

Petitorio iudicio interdum possessorio omisso, agere consultius est, Pract. Ferrar. in formul. libell. petit. hered. ab intest. p. 2. n. 8. per text. in l. si inter me & te 15. ff. de Except. rei judic. Vult. d. conf. n. 197. frustra namque fit per plura, quod potest fieri per pauciora. l. 1. ff. quod met. caus. l. ampliore 39. C. de appellat. l. ne in plures 2. ff. de Exercit. act. l. planè 3. ff. famil. hercise.

XIII.

Petitorium nihil habet commune cum possessorio, l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acquir. poss. prius enim de possessione, deinde de proprietate agi debet, l. ordinarii 13. C. de rei vindic. quod plenius persequitur Menochius de recup. poss. remed. 15. n. 366. & confil. 180. num. 3. volum. 2. & petitorium suspenditur, quoad de possessorio fuerit cogitatum. Vult. 3. Confil. Marpurg. 20. n. 13.

XIV.

Quoties, non de jure possessionis, sed de ipso jure in rem competente agitur, toties est judi-